In finem psalmus Dauid in rememoratione quod saluum fecit eum dominus.

In finem ps. Dauid in rememoratione q̃ saluum fecit eum dñs. Memoria duobus modis accipit. vl cũ memores peccatorũ iudiciũ dei futurũ timemus. vnde supra in psalmo. xxxvij. egit. Vl duz pmissa bona corde retinemus. et securi sumus sicut hic accipit. qd ostenditur ex eo qd subdit in titulo. q̃ saluũ fecit eũ dñs. ⁊ est sensus tituli. Ps. iste dirigẽs nos in finem i. in christũ attribuit Dauid. i. oĩ iusto qui hic loquit. habitus ĩ rememoratione. i. agens de memoria. nõ vtiqz peccatorũ. sed hui rei. qd dñs sal. fe. e. spe. ⁊ certitudine. q. d. et si cõmutati sint vñ in titulo precedẽtis psalmi agitur. non tamẽ glorientur in se. sed in deo. qui saluat et gubernat. Et nota congrue fieri. quod sicut supra christus caput nostrũ de sua passione egit. et spem resurrectionis addidit: similiter et membra eius. in hoc psalmo. et passiones suas edicit. et spem resurrectionis assumit. Est igitur hic vox contribulatorum christo. i. martyrum inter passiones periclitantiũ sed de capite christo presumentium. id ẽ confidentium. Cum illis est etiam vox omnis iusti. cui ex charitate abundans iniquitas. etiam christianorum passio ẽ vt Loth corporalem persecutionem in sodomis a nullo sustinuit. sz a malis factis eorum sodomitarum. cui etiam nõ fuit dictum. vt ibi non habitaret. hanc autem persecutionem innuit diabolus multiformis. Est enim leo apte seuiẽdo. et draco occulte insidiando. Est ergo persecutio iustorum. vel a leone in impetu vel a dracone in insidijs. Vnde omnes vna voce clamant. Deus in adiutoriuz meum ẽc. Intentio monet. vt in deo non in nobis gloriemur. Modus bipertitus est psalmus. Primo in persona omnium iustorum petit se adiuuari vel saluari. et malos erubescere. Secundo: monet letari bonos. quos egenos deus adiuuat et liberat ibi. Exultent et letentur

In persona ergo oĩm iustorũ ait. O.

Deus ĩ adiutoriũ meuz intẽde: domine ad adiuuanduz me festina.

Deus qui soles iuuare. intende. id est respice in adiutorium meum conta pericula. Semper enim egemus dei adiutorio in hoc seculo. ⁊ maxiue in tribulatione adiuua. et cito et hoc est. Domine ad adiuuandum me festina. ita petit. Q. si tardet misericordia crescant tormenta. Nota. quia hic omnis petitio affirmatio est. vnde non sunt timende tribulationes. Nota etiã quia hic versiculus ante omnes horas. scilicet in initio predicitur. quia cum orare debemus maxime tũc tentare nititur diabolus. vt muscę morientes perdant suauitatem vnguenti. Contra ergo illius assultus auxilium a deo postulamus añ oĩa. et o.

Confundantur ⁊ reuereantur qui querunt animam meam.

Domine qui querunt ani. m. ad opprimendum. scilicz trucidantes confundantur. Confundi est de peruersitate turbari anteqz confusionem defendunt peccata sua vel facta. vt gloriosi. sed postq̃ uertuntur. vnde subdit. et reuerea. Reuereri ẽ timere ne p lesa iustícia pena sequatur. Sequitur.

Auertantur retrorsum et erubescant: qui uolũt mihi mala.

Auertant retror. non precedãt. sed sequantur. nõ suo consilio viuant. sz sanctorum. et eru. qui vo. vel cogitant mihi ma. Nota qz diuersa sũt tempora in ecclesia Primo fuit impet psequẽtũ vñ supra dixi. q̃ quert aĩam meã. mõ remãsit maliuolẽtia cogitantiũ. vñ hic ait. q̃ vo. mi. ma.

Auertantur statim ⁊ erubescẽtes: qui dicũt mihi euge euge.

Auertant etiã sta. ⁊ eru. q̃ di. mi. eu. eu. irrisorie l adulatorie. Duo em̃ sũt genera psequentium. vituperantium. et adulãtiũ. Sic ei igne auz pbat. ita vir lin-

gua adulātiū. Plus enī nocet lingua adulatoris. q̃z man⁹ psecutoris. Utq̃z enī scilicz vitupatio et adulatio: ignis ē Intrat hunc ignē. qui tētat vitupio vel laude. exijt iteger: qui neutro capit. Sic paulus qui repulit dicētes: ego sū pauli

Exultēt ⁊ letēt in te oēs qui q̃rūt te: ⁊ dicāt sp magnificetur dñs qui diligūt salutare tuuz:

Exultēt et le. Scda ps vbi monet letari bonos quos egenos de⁹ adiuuat. et liberat. Q. d. Vbis oib⁹ aduersis et cōfusis Exul. et le. i te. i quo st lux. nō i alio. oēs qui querūt. nō hoies. sed te qui por eos qsisti. et dicāt. q. qui hoc nō dicit. ñ querit deū. Quid: sēp mag. dñs. nro more dictū ē. vbi quis laudib⁹ crescit: qd ñ deus. sz nos laudādo pficim⁹. Nō ergo i se sz i nobis magnificat. dicāt ergo sp magnificet dñs. qr peccatorē vocat. ꝛfitēti dat veniā. ide facit iuste viuere. tādē glificat. Vel ita: distigue. ⁊ dicāt sp. Quid: mag. do. Hoc sp dicāt. qr nunq̃z debent cessare a laude ei⁹. Qui hoc dicāt: q̃ diligūt salu. t. qr ab illo salus eius nō a se.

Ego uero egen⁹ ⁊ paup sū: de⁹ adiuua me.

Ego vo. Q. d. Ita hortaris alios. vt dicāt. dñs magnificet. tu vero quid facis: Ego vo qd hortor alios. facio. dico. qd ego etiā tā iust⁹. sū ege. vel mēdic⁹. i. petēs. qr adhuc lex mēbroꝝ: repugnat legi mētis mee. ⁊ esurit iusticiā. Ille vo diues. nulli⁹ egēs: lumē meū. Vl ita ꝛtīua Ipsi d deo illud dicāt. sz d se ita sentiāt vt dicāt. Ego sū egen⁹. ⁊c. Vl ita. Assūit iste sibi vba dei. qui i precedēti psalmo d se hec eadē dixit. q. d. Illi qui q̃rūt aiaz meā st diuites. sz Ego sū egen⁹. i. petēs. ⁊ paup sū. id ē isufficiēs mihi. qr et mūdanas copias nō habz. et int⁹ vbi ē diues sp ābit. dsiderat. accipit. sz o de⁹ adiuua me. i mūdi tribulatōe. Ecce vnde cepit. Vl deus adiuuat me. alia littera. Et:

Adiutor me⁹ ⁊ liberator me⁹ esto; domine ne moreris.

Esto adiutor me⁹ vt vincā. hoc sp dicendū ē. etiā iustis. Vel sic fm aliā lrāz. Jō adiuua. qr Adiutor me⁹ es tu. et libator me⁹. d tot nexib⁹ cāz. et ne cedā. tu non alia mihi spes ē. et iō: dñe ne moreris. Tarduz enī videt. qd magno desiderio queritur. non tamen optat eum venire ante quā statuit. sed patientiā querit. et est. domine ne moreris. id ē ne mihi tardius videatur qd venturus es. qd fit p patientiam. qua qui caret. tardum ei videt. et deflectit ab eo. Sicut ⁊ vxor loth respexit retro. que fcā ē statuta salis vt te ꝛdiat. Exēplo enī tibi ē. ne rspicias retro

Psalmus dauid filiorum ionadab: ⁊ priorum captiuorum:

Psalmus Dauid filiorū ionadab. et priorum captiuorum. Psalmus iste de commendatiōe gratie est. que fere singulis syllabis hic commendatur. Quicquid enim boni sumus. misericordia dei sumus: Quicquid ex nobis: mali sumus. vt tota spes nostra i deo sit. ñ in nostris vizibus. Quod autem filioꝝ ionadab mentio fit in titulo: sciendū est quia ionadab cōmendatur ab hieremia qui filijs suis precepit. ne biberēt vinuz neque in domibus sed in tabernaculis habitarent. Cui illi obedierunt. q̃si hoc deus preciperet. Licet enim hoc deus ñ preciperet. preceperat tamen. vt filij obedirent parentibus q̃ et debent. nisi patres aliquid contra deum iusserint. Unde: et deus benedixit eis propter obedientiam. eosque per hieremiam: obijcit frequenter filijs israel. qui nolunt obedire deo: patri spirituali. sicut illi patri carnali. Unde suadet hieremias filijs israel. vt parent se captiuati. nec resistant voluntati dei. Inde ergo videtur sumptus titulus huius psalmi. Cum ergo dixisset filiorum ionadab: subijcit et eorum q̃ pmi captiui ducti st. ñ qr filij ionadab captiui ducti st. sz poti⁹ oppōiti st filijs isrl captiuādis. peccato īobediētie. Filij nanqz israel captiuati sunt. primi et se-